

primo, comprehendit etiam nomina debitorum, que in ter bona connumerantur. leg. bonorum. vbi Bar. & reg. i. ff. de verb. signif. Et scribunt Bald. in l. i. ff. de statu hom. & Alex. in l. a. Diuo Pio. §. in vendit. ff. de re iud. & Jaf. quod & in specie nostri huius casus, ita manifestè cõfuit Bald. Nouellus in tractat. de dot. par. 6. priuileg. 71. num. 2. vers. vnde infertur. Cum dixit, quod illis in casibus, in quibus bona præsumuntur data in dotem, venient etiam nomina debitorum, non tamen (subiungit ipse Bald.) possit agere ipse vir contra debitores, nisi facta cessione actionum. Quas quidem actiones, voluit ipse Bald. cedi posse etiam pendente iudicio inter maritum, & debitores illos, dummodo lata non sit sententia, aut in causa conclusum. Hoc idem sentit Alex. in consil. 122. num. 10. lib. 7. & apertius Corn. in consil. 127. num. 3. lib. 2. & Ruin. in consil. 53. nu. 28. lib. 2. Quibus intelligimus minus rectè sensisse Rolandum & Phanuc. præcitatis in locis, cum absolute dixerunt, hæc nomina debitorum non præsumi data in dotem huic secundo viro. Quo verò ad exercitium ipsarum actionum, illud non dicitur translatum, ex sententia Bald. Nouelli, Alexand. & Cornei, nec non & Rol. præcitatis in locis, idem affirmavit ipse Corn. in consil. 54. num. 3. lib. 1. Verum dissentit Ruin. in d. consil. 53. num. 27. & 28. lib. 2. ex l. 2. C. de act. obligat. cui non video, quam bene responderi possit. Nā illa rō, quod duæ specialitates nō possint concurrere, non vñ habere locum fauore dotis. l. 1. C. de dotis promiss. & quia vna venit in consequentiam alterius. Quare valdè dubito de Bal. Nouel. Alex. & Corn. opin.

54 Quartus est casus principalis, quā mulier fuit ætate maior, & nubit primo viro, nulla ei constituta dote expressim, an ei præsumatur dedisse bona sua omnia dotis nomine? Recepta ac vera est Doctōr. sententia, non præsumi dedisse ea omnia bona dotis nomine & causa. Ita gl. in leg. mulier bona. ff. de iure dot. Bart. in præcit. q. 7. Mulier habens amplum. in solutione. col. 1. vers. 2. casu. Bal. in l. mulier bona, & in cap. 1. in fine. an maritus succedens vxori in benefic. & idem in consil. 100. Mulierem maritus dixit. lib. 4. & in consil. 185. punctus. lib. 5. Ang. in consil. 335. Rom. in consil. 14. num. 3. & in consil. 314. col. 1. Imola in l. si constante. ff. sol. matr. & ibid. Jaf. nu. 219. Alexand. in consil. 144. lib. 3. & in consil. 122. num. 7. & in consil. 142. numer. 2. libro 7. Calcan. in consilio 11. Soc. Sen. in consil. 81. col. vlt. lib. 3. & in consil. 80. lib. 4. Corn. in consil. 127. lib. 4. Bald. Nouel. in tracta. de dote p. 6. priuileg. 14. Campegi. in tract. de dote, p. 5. q. 99. Ruin. in rub. ff. solut. matrim. num. 203. idem in consil. 223. nu. 7. lib. 1. in consil. 53. nu. 27. lib. 2. in consil. 17. nu. 12. & in consil. 61. lib. 3. & in consil. 56. nu. 7. & in consil. 151. nu. 5. lib. 5. Dec. in consil. 521. num. 11. Paris. in consil. 34. col. 1. lib. 3. Marf. singul. 583. Boer. q. 137. Cur. Iun. in consil. 168. num. 4. idem in Auth. præterea. num. 12. C. vnde vir. & vxor. ibid. Franc. Pepus num. 45. Io. Iacob. de Leonard. inter consilia Bruni in consil. 114. num. 345. Guiliel. Mayner. in leg. in ambiguis. nu. 163. ff. de reg. iur. Steph. Forcatulus in Necyomantia, dialogo 27. Did. in epitome de sponsal. par. 1. cap. 5. num. 5. Roland. à Valle in tract. de lucro dotis. quæst. 71. nu. 2. qui communem esse sententiam testatur. Phanuc. in commentar. de lucro dotis, in glos. 10. num. 36. Monterentius in commentar. ad statuta Bononiæ. lib. 4. Rub. de dotibus restituendis. §. præterea ordinamus. in glos. omn. bona. Et ij quidem moti sunt multis rationibus, & argumentis. Et primo ex l. si ego. §. dotis. ff. de iure dotium, cum dixit Vlpianus dotis causa accipi, quæ in dotem dantur. Expresa ergo datio requiritur.

Secundò apertius probat tex. in l. vlt. C. de diuortijs. & in §. si quis autem. in Auth. de nup. vbi mulier, que nup. p. non confectis instrumentis totalibus bona retinet apud se, nec dotalia censentur.

55 Tertio accedit, quod ad positionem alicuius actus non sequitur positio alterius contractus, vel quasi contractus, qui ab ipso actu potest esse remotus, & separatus. l. pro hærede. §. 1. l. Papinian. §. vlt. & l. cum bonis. ff. de acquir. hæred. & l. quæsitum. ff. de sepulchro violato. Atqui illo in casu, duo sunt actus, qui separati, & diuisi esse possunt, nempe matrimonium, & dos. Ergo ex positione actus matrimonij, non sequitur cõtractus promissionis dotis. Illa minor probatur, quia matrimonij potest esse sine dote. l. 2. ff. de iure dotium. l. vlt. C. de dona. ante nup. & l. vlt. C. de repudijs. Et maritus potest administrare bona mulieris absq; eo, quod dotis causa sibi cõcessa sint. Cum possit ea administrare tanquā paraphernalia. l. si ego. §. 1. ff. de iure dotium. cum similibus.

57 Quarto suffragatur, quod mulieres f sui natura avaræ sunt, & ob id liberalitas in eis non præsumitur. l. sed si ego. in fine. ad S. C. Velleia. l. si stipulatio §. 1. de donat. inter vir. & vxor. & l. si a sponso. C. de donat. ante nup. Atqui si cõtracto matrimonio præsumeretur, mulierem constituisse dedisseq; bona sua in dotem, præsumeretur liberalitas, ex quo cogi mulier non potest, iuxta l. donari. ff. de reg. iur. & l. nec ignorans. C. de donat. Ergo non præsumitur, quod bona dotis nomine constituerit.

Quintò cõprobantur prædicta, quod conceditur vno f casu, in cæteris prohibetur censetur. l. Labeo. ff. de cõpens. l. cum ita. §. 1. ff. de cond. & demon. & l. maritus. C. de procur. Atqui vno solo in casu lex præsumit mulierem nubentem dedisse bona sua viro dotis nomine, nempe quando nubit secundo. l. dotem que. & l. Diuus. ff. de iure dotium, & diximus superiore casu. Ergo nostro in casu non præsumitur dos constituta.

59 Sextò & vltimo confert, quod dotis f constitutio est contractus, qui aut reiat verbis, aut consensu causatur, vt certū est. At hic nulla res data est, & nulla verba prolata sunt. Item nec vllus intercessit consensus, qui solet declarari f vel verbis, vel nutu, vel nuncio. l. pater naturalis. ff. de adopt. & l. consensus. ff. de act. & obi. Ergo nullo modo dicitur constituta hæc dos.

61 His intelligimus minus rectè sensisse f eos, qui opinati sunt, præsumi mulierem dedisse bona sua in dotem, cū nubit. Qua in opinione visi sunt esse, sibi parum constantes Bar. in l. si constante. nu. 68. ff. solut. matrim. & Bal. in l. si ante nup. col. 1. ff. eod. & idem in l. 1. col. 1. C. de priuileg. dotis. & in l. vlt. vers. sed quid si tradidit. C. de sent. quæ sine certa quant. Idem sentit Abb. in consil. 46. in 2. dubio. lib. 1. Huius enim opinioni, argumenta leuia admodum sunt, ob id facile dilui possunt.

Primò affertur argumentum ab auctoritate Aristotelis, qui in Topicis scriptum reliquit, sicuti commentorot Accurs. in l. mulier bona. ff. de iur. dot. quod mulier nubens, videtur bona sua in dotem dedisse, verius est, non Arist. sed M. Ciceronem in 2. Topicorum ita scripsisse. (Cum mulier viro in matrimonium conuenit, omnia, quæ mulieris fuerunt, viri sunt dotis nomine.) Atqui Aristot. auctoritas à l. approbata est l. septimo mense. ff. de statu hom. l. antiqui. ff. si pars hæred. pet. Ergo huic auctoritati standum est.

62 Cæterum respondetur, f Arist. vel Ciceronis auctoritati deferendum esse illis in casibus, in quibus eam lex approbavit, non autem in omnibus, vt tradunt omnes in l. 1. ff. si cert. pet. Et præsertim Aristot. deferendū non est, quando lex repugnat. l. in tantum. in fi. & l. seq. ff. de rerum diuis. Præterea docet Cicero argumentari ab effectis. Non autem præsupponit ita esse. Id quod & Boer. in illius commentarijs sentit.

Secundò sic argumētari solent. Accessorium regulatur à principali. l. 1. & l. 2. ff. de pecul. l. cum princip. ff. de reg. iur. cum similibus. Atqui dos est accessoria ad matrimonium, cum causa matrimonij, vt eius onera ferri possint detur. l. 3. ff. de iure dotium. & l. vlt. §. 1. Cod. de donat.

donat. ante nup. Cum autem matrimonium solo cõsensu cõtractatur, l. libera. ff. de ritu nup. & l. nuptas. ff. de reg. iuris. Ergo sequitur dicendum, quod matrimonio cõtracto, præsumi debet promissa dos.

63 Verum responderetur, dotem f non esse quid accessorium ad matrimonium, cum accessorium dicatur quid inseparabile à suo principali. Bar. l. Græcè. §. illud, nu. 4. ff. de fideiuss. Non ergo cõtracto matrimonio præsumitur promissa dos. Nam matrimonium sine dote esse posse, supra diximus. Nec hic consensus argui potest, cum nullum signum extet, quod illud significare possit, vt iā explicauimus.

64 Tertio vrgere videtur, contractus, qui consensu f cõtrahuntur, sola patientia, & vsu contrahi, causariq; dicuntur, vt in locatione, & conductione, litem quæritur. §. qui impleto, ff. locati, & l. legem. C. eo. Atqui contractus dotis solo consensu cõtrahitur. l. ad exactiorem, C. de dotis promiss. & l. vnica, in prin. & §. 1. C. de rei vxor. actio. Ergo ex sola patientia, dum mulier permittit virū ea bona administrare, præsumi debet dos constituta. Respondetur, quod imò sola patientia non operatur hunc consensum, sicuti statim in subsequenti extensione dicemus. Prætermitto hic commemorare alia nōnulla argumenta, quæ afferri solent, cum leuiora his sint.

65 Hic quartus casus multò magis locū hēt in sponsa, f quæ ex eo, quod promissit contrahere matrimonium cū sponso, non præsumitur ei promississe constitutere dotē. Ita in specie annotauit Didacus in epitome de sponsalibus in l. par. c. 5. num. 5. Verum dissentire vñ Calc. in consil. col. 2. & Corn. in consil. 282. nu. 36. lib. 1. ex l. quod autē. & ex l. tali. ff. de iur. dot. Et præterea multò magis locum habet hic casus, in nominibus debitorum, quæ nullo modo præsumuntur data in dotem. Calcan. in cōf. 11. col. 2. vers. 4. quia exceptio. Alex. consil. 122. num. 10. lib. 7. Guid. Pap. q. 470. & Rolan. de lucro dotis. q. 81. & diximus sup. in vlt. decl. casus præcedentis. Procedit etiā multò magis, quando dos iam fuisse constituta, & ageretur de argumento. Nam tunc sine dubio non præsumitur datum, vt paraphernale. Ita Bald. in d. l. vlt. nu. 5. C. de sent. quæ sine certa quan. Dec. in consil. 521. nu. 10. & Phan. in d. gl. 10. nu. 47. & dicemus infr. in præf. 9.

66 Habet etiā hic casus locū multò magis, quando f cõcurrit coniectura, quæ conijci potest, mulierem noluisse dare bona sua in dotem, sicuti in specie respondit Corn. in consil. 282. nu. 6. vers. & maximè attentis. lib. 1. Qui quidem multas coniecturas considerauit, & idem sentit Bald. in consil. 185. Punctus, lib. 5.

Prima est, quæ ducitur à qualitate viri & mulieris, si vir erat diues, f & senex, mulier verò iuuenis, formosa, & pauper. Nam tunc præsumitur virum eam ducere voluisse sine dote, cum egregia f mulieris forma, ætasq; iuuenilis, satis opulenta dos dici possit, iuxta l. si voluntate. C. de dotis promiss. Et melius confert illud Quidian. Dos est sua forma puellis, & multa ad rem scripsit Tiraq. de legib. connubial. in leg. 2. nu. 38. & 39.

69 Eteo magis hæc coniectura locum habet, quando f vir iste diues, liberalis sua natura est, & non magni facere solet similem summam pecuniarum, vel bonorum, vt considerat Corn. in d. consil. 282. nu. 7. lib. 1.

70 Secunda est coniectura, quando f adest fama in loco, quod vir iste duxisset mulierem in vxorem sine dote. Ita Corn. in consil. 282. nu. 6. vers. concurrit etiam fama.

71 Tertia est coniectura, quando soluta non fuit gabella, quæ pro dotis quantitate data, solui debet. Corn. in consil. 282. nu. 8. vers. item præbet coniecturam.

72 Quarta est valdè vrgens coniectura quando f mulier iam certam summam dotis nomine viro dedisset. Nam tunc residuum bonorum, non dicitur eadem de causa ei concessisse, etiam si in instrumentum esset confectum, in quo diceretur, mulierem hanc dedisse residuum hoc

bonorum ipsi marito pro sup. dote, & ad habendum, tenendum, & quidquid ei placuerit faciendum, cõstitutèdo eum procuratorem perpetuo &c. Ita egregiè respondit Dec. in consil. 521. num. 9. ver. his tamen non obstantibus. Et Decium secutus est Phanuc. in tract. de lucro dotis, in gl. 10. num. 47.

Extenditur primò hic casus, vt locum etiam habeat, quando f mulier passa est aliquot menses, & annos virū possidere, & administrare bona hæc sua. Nam adhuc patientia hæc non efficit, vt præsumantur bona illa dotis nomine viro data. Ita scribunt Bart. in d. q. 7. Mulier habens in solutione. col. 1. vers. circa secund. Calstr. in cõf. sil. 391. lib. 2. Rom. in consil. 314. num. 2. Bal. Nouell. in tract. de dote, par. 6. priuileg. 14. col. vlt. vers. 3. casus. Campegi. in tract. de dot. par. 5. q. 39. Calc. in consil. 4. colum. 3. Alex. in consil. 144. col. 1. lib. 5. in consil. 122. num. 7. & in consil. 142. num. 3. lib. 7. Gozad. in consil. 33. col. pen. Soc. Iun. in consil. 29. col. pen. lib. 1. Rolan. à Valle in tract. de lucro dotis. q. 74. nu. 6. & 7. & Phanuc. in tract. de lucro dotis. in glos. 10. num. 43. Horum sententia fulcitur multis rationibus, & argumentis. Primò quod hæc dicitur quædam patientia informis, cum sit actus quidam, qui non cadit in speciem alicuius contractus, seu quasi. Hæc patientia operatur consensum, quando præcedit cõtractus, de cuius natura ad hoc quis tenebatur. vt in l. 3. C. de acq. poss. cum verò contractus non præcedit, & agitur de graui præiudicio, consensum non operatur. Ita glos. in l. 3. in verbo, quod præsumitur. C. de acquir. poss. & probat l. quæ Tuberonis. §. alia causa, secundo respō. ff. de pecul. vbi ex sola patientia non præsumitur concessa libera peculij administratio. Qua de re dicemus infr. lib. 6. præsumpt. 38. vbi explicabimus, quando tacēs præsumatur consentire. Cum ergo nostro in casu agatur de graui mulieris præiudicio dicendum est, hanc solam patientiam non arguere dotis constitutionem.

74 Secundò accedit, quod mulier f nupta sine dote, cõpelli à viro non potest, vt dotem constituat. §. si quis autem dixerit. in Auth. de nuptijs. & in §. qui autē. in Authen. quib. mod. natural. efficit. Atqui ille, qui patitur aliquem ingredi suam possessionem, quam ei tradere non tenebatur, patientia non præsumitur consentire, sed pro contradicente habetur. l. qui vas. §. vetare. ff. de furtis. & l. 3. C. de acq. poss. Ergo hæc mulier patientia maritum administrare bona sua, non dicitur ea in dotem dedisse.

75 Tertio, & vltimò suffragatur, quod f mulier in iustè timet, & reueretur maritum. l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non datur, vbi Bar. & latè Tiraq. de legib. connubial. in l. 1. nu. 25. Atqui vbi quis patitur eum, quem reueretur, & timet, aliquid ex suo possidere, vel facere, non habetur pro consentiente, sed potius pro contradicente, vt in l. 1. in fin. C. de bonis mater. vbi filius, qui patitur patrem, sub cuius potestate est, de suo cõtractum aliquem facere, non præsumitur ei consentire. Ergo nec mulier dicitur consentire marito, vt dotis nomine habeat bona hæc, quæ possidet, seu administrat.

Extenditur secundò, vt procedat etiam, vt nec presumatur f promissa dos congrua. Ita Bal. Nouell. in tract. de dote, in 6. par. priuileg. 14. col. vlt. vers. 3. casus, & alios commemorant Roland. de lucro dotis, q. 74. num. 9. & Phanucius de lucro dotis, in glos. 10. num. 17. reiecta contraria opinione Curtij Iun. in Auth. præterea, nu. 13. C. vnde vir. & vxor.

Declaratur primò, vt locum nō habeat hæc præsumptio in illis f locis, in quibus cautum est statutis, quod bona mulieris censentur data in dotem, sicuti Bononiæ lib. 4. rub. de dotibus restituendis, §. præterea ordinamus, in gl. Mulieris, scripsit illam esse fictionem legis fundatam in præsumpta voluntate mulieris, ob significationem verbi, intelligatur, quod fictione significat. Ego scripsi supra lib. 1. quæst. 10. num. 5. vbi etiam



etiam attingi, quod in casu l. cum auus. ff. de cond. & demonstr. & l. iam hoc iure. ff. de vulg. est præsumptio, non autem fictio, vt sequenti lib. explicabimus.

Declaratur secundò hic casus, vt locum non habeat quando coniecturis conijci potest, mulierem voluisse dare bona sua marito dotis nomine. Nam tunc dicendū est, ita dare voluisse. Et coniecturas sufficere responderunt Bald. in consil. 185. Punctus. lib. 5. Abb. in consil. 46. num. 3. lib. 1. & Calcan. in consil. 11. col. 3. versic. ad hoc accedat, & alij quos infra commemorabo. Coniecturæ autem hoc in casu colligi solent vel ex facto, vel ex verbis, sicuti ex ordine eas referemus.

79 Prima est coniectura à factò sumpta, quando mulier passa fuisset, patientia quadam formi maritum possidere bona sua. Ita Bar. in d. q. 7. Mulier habens amplū in solutione. col. 2. versic. sed si tu poneris, & c. quia ita intelligit, vt si maritus ita possidens dicebat, audiente, & admittitrat, esse bona sibi data in dotem. Nam hæc patientia, quam formem appellat Bart. arguit mulieris consensum, ex sententia gloss. in l. Caius. ff. de pig. actio. ac Cyni in l. inuitus. C. de procurat. & Dyni in capit. is qui tacet. de regul. iur. in 6. Hanc coniecturam apertius probauerunt Bald. in consil. 100. Mulierem maritus. lib. 4. Ang. in consil. 355. statuto communis Bononiæ. Calcan. in consil. 11. col. 3. versic. adest & alia præsumptio, & nu. 2. versic. adest etiam præsumptio. Bal. Nouel. in tract. de dote, par. 6. priuil. 14. in fin. Rolan. in tract. de lucro dotis, q. 74. in fin. Phanuc. in commentar. de lucro dotis in gl. 10. nu. 40. Cæterum dubitant Dd. qui temporis curtus hoc in casu requiratur. Aliqui dixerunt, requiri decennium, alij modici temporis, sicuti commemorat Phanucius, cum quo sentio, modici scilicet temporis cursum sufficere.

Secunda est coniectura, quādo in ciuitate extaret consuetudo, quod mulier nubens censeatur dedisse bona sua in dotem. Nam tunc mulier nubens, nulla facta mentione dotis, præsumitur voluntatem suam voluisse esse consuetudini conformem, atque ita ea bona dotis nomine marito dare. Ita affirmarunt Bald. in Auth. res quæ. num. 12. versic. sed nunquid. C. comm. de legatis. Alexand. in consil. 134. num. 2. lib. 5. in consil. 122. nu. 9. & in consil. 142. num. 6. lib. 7. Corn. in consil. 127. nu. 5. lib. 3. Curt. lun. in Auth. præterea, num. 13. versic. limita tertio. C. vnde vir & vxor. & Rolan. in tract. de lucro dotis, q. 71. in fin. Cæterum dissentire videtur Phanucius in tract. de lucro dotis. in gl. 10. nu. 38. versic. sed caue, qui tamen subiungit, hæc esse posse leuem coniecturam. Ego certe magis dubito, ob summam difficultatem, quæ est in probanda hac consuetudine, quæ multa requirit, vt apud omnes in l. de quibus. ff. de legibus, & alibi sæpè.

81 Tertia est coniectura, quando mulier est longè in inferioris conditionis à viro, qui verisimiliter non duxisset illam in vxorem, nisi bona sua omnia dotis nomine dedisset. Ita Bal. in l. nulla, num. 2. versic. si autem. C. de iure dot. Alex. in consil. 122. num. 7. lib. 7. Calcan. in consil. 11. col. 3. versic. 1. præsumptio est. Soc. Sen. in consil. 81. nu. 6. lib. 3. Decius in consil. 521. num. 8. & Curt. lun. in consil. 168. num. 7. Hanc tamen esse leuem coniecturam dixit Phanucius in commentarijs de lucro dotis, in gloss. 10. nu. 39. Ego certe satis probabilem, & vrgentem existimo. Et eo magis locum habet, quando bona ipsa mulieris essent litigiosa, & maritus esset vir diligens, & in foro versatus, vt considerat Calc. præcit. in consil. 11. col. 3. versic. vlt. credo, & versic. 1. præsumptio.

82 Quarta est coniectura quando maritus, & mulier vna simul curassent, bona ipsa mulieris, in æstimo & catastro ipsius mulieris posita, describi in æstimo, & catastro ipsius viri, vel mariti. Ita Calcan. in dict. consil. 11. num. 7. versic. item non reperitur, & Corn. in consil. 282.

col. 3. versic. corroboratur hoc, lib. 1. qui quidem Corn. intelligit, nisi ipsa mulier sit ætate minor, quæ dicitur expressè non potuisset constituere dotem hanc, ita nec tacite. Et coniecturâ hanc probant etiam Phanuc. in commentarijs de lucro dotis, in gloss. 10. nu. 45.

83 Quinta est coniectura, quando mulier & sapius extra iudicium affirmasset, se dedisse bona sua in dotem marito. Nam etsi confessio hæc extrajudicialis absente marito facta, non faciat plenâ fidem, attamen inducit præsumptionem. Ita sentit Bald. in consil. 100. Mulierem maritus lib. 4. vt eum declarat, & intelligit Roland. in tract. de lucro dotis, quæst. 74. nu. 12. & 13. qui recenset & Socin. Inn. in consil. 8. nu. 19. lib. 2.

Sexta est coniectura ducta à verbis, ex quibus colligitur præsumpta voluntas mulieris, quod voluerit constituere dotem. Primum est exemplum quādo mulier dixit viro. Ego do tibi me & mea, alio non expresso. Nam tunc bona omnia præsumuntur data in dotem. Ita Bal. in l. nulla, num. 2. C. de iure dotium. & in l. vlt. nu. 10. C. de senten. quæ sine certa quantitate. Rom. in consil. 44. nu. 4. Alex. in consil. 44. lib. 1. Rol. in tract. de lucro dotis, q. 72. & Phanuc. in commentar. de lucro dotis. in gloss. 10. nu. 46. Cum enim verbum do, significet dominij translationem. S. sic itaque. in Instit. de acti. sequitur dicendum dotem per ea verba constitutam esse.

86 Secundum est exemplum, vt si mulier dixit assigno tibi bona mea. Nam & tunc præsumitur ea dedisse in dotem. Cum verbum, assigno, importet dominij translationem. l. dotis factus. S. vlt. cum l. sequen. ff. de iure dotium, & comprobauit auctoritate multorum in consil. 201. num. 6. lib. 3. vbi de egregia facti specie pro Serenif. Regina Daniæ respondi.

87 Tertium est exemplum, quando mulier dixit, trado tibi me, & bona mea. Hoc etiam casu bona illa censentur data in dotem. Ita tradit Bald. Nouel. in tract. de dote parte sexta, priuileg. 10.

Verum à Baldo Nouello dissentiunt ex recentioribus Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis, q. 73. & Phanuc. in d. gl. 10. nu. 46. adducti auctoritate Bald. in l. vlt. nu. 10. C. de sen. quæ sine certa quant.

88 Quartum est exemplum, vt si mulier dixit, quod non intendeat bona sua esse data in dotem, nisi conficeretur publicum instrumentum, si ergo conficiatur instrumentum, censentur data in dotem. Ita Curt. lun. in consil. 168. num. 7. versic. adest & alia, qui & similem ex alijs verbis coniecturam colligit.

89 Septima est coniectura, quando mulieri relicta fuisset à patre, vel alio testatore, aliqua bona causa dotis, & ipsa deinde nupsisset, nulla expressa mentione facta ipsius dotis. Hoc sanè casu præsumitur, quod bona illa in dotem dederit viro. Ita Ruin. in rubr. ff. solut. matr. in lectura antiqua impressa anno 1546. num. 8. quam noluit allegare Boer. & melius idem Ruin. in lectura noua. num. 288. & in consil. 224. num. 5. lib. 1. Et idem respondit Socin. lun. in consil. 8. num. 2. & 13. lib. 2. qui sic declarat statutum Mantuæ de lucris matrimonialibus. Et hos secutus est Phanuc. in dict. tract. de lucro dotis. in gloss. 10. num. 45. versic. alio etiam in casu, idem scripsit Monterentius in commentar. ad statuta Bononiæ. lib. 4. rubr. de dotibus restituendis. S. præterea. in gloss. omnia bona, qui intelligit predictos Doctores, vt mulier præsumatur dedisse in dotem illa bona legata, & nihil ultra.

Verum à prædictis dissentit Berous in consil. 40. nu. 52. lib. 1. qui de eadem facti specie, de qua fuerat interrogatus Socin. lun. super dicto statuto Mantuæ, contrarium respondit. Quique nu. 58. distinguit quatuor casus. Quorum primus est, quando mulier, seu alius eius nomine dotem primo viro dedit, vel promisit. Deinde mortuo primo viro contraxit cum secundo, nulla facta do-

Et dotis promissione. Hoc casu præsumitur secundò marito, promissa eadem dos, quæ primo data fuit. Hunc casum explicauimus supra in quarto casu. Et casus iste omitti poterat à Beroo, cum non multum ad rem hæc pertineat.

91 Secundus est casus, quando filia, cui pater in testamento dotem reliquit, actiones sibi competentes cessit marito, seu ipso, vt petere & consequi possit, quod sibi dotis causa fuit relicta. Hoc casu dicitur mulier bona illa relicta, dotis nomine dedisse marito. Ita Beroo. præcitato in loco. Quæ quidem traditionem ea ratione confirmo, quia cessio actionum significat, mulierem voluisse se quod maritus haberet ius in eo relicto, alioqui satis fuisset constituere eum procuratorem, vel operari vt tantam maritus, sicut; vt procurator à lege constitutus ex periretur ad ipsius mulieris commodum.

92 Tercius est casus, quando filia cui pater reliquit dotem in testamento, ante contractum matrimonium petiit illud legatum, & præstitit cautionem de conuertendo legatum illud in dotem, deinde contraxit matrimonium, nulla dotis expressa promissione facta. Hoc sanè casu præsumitur mulier, hæc dedisse bona illa in dotem, Ita Beroo. in d. consil. 40. nu. 58. versic. casus. qui scribit, idem sensisse Ruinum in d. rubr. ff. sol. matr. in lectura antiqua. nu. 8. & in noua, nu. 228. Potest offerri ratio, quod præsumitur quis obseruare voluisse promissa, atque ita dotem constituere sicuti facere tenebatur.

94 Quartus est casus, quando filia, cui pater dotem reliquit in testamento, mortuo ipso patre non petiit relicta sui præstari, sed nupsit viro, cui nihil expressè dotis causa promittit. Hoc in casu sunt opinioniones. Beroo. in d. consil. 49. num. 58. versic. 4. casus, respondit mulierem non præsumi dedisse bona illa in dotem. Et motus est Beroo. traditione Bar. in d. q. 7. casu 2. col. 1. vt retulimus supra in principio huius quinti casus. Nulla enim (voluit dicere Beroo) est differentia inter casum Bart. & sequacium, & hunc nostrum. Cæterum à Beroo (vt dixi supra) dissentit Ruin. in d. rubr. ff. sol. matr. in lectura antiqua, num. 8. & noua, num. 228. & in dict. consil. 224. nu. 5. lib. 1. & Soc. lun. in d. consil. 8. nu. 2. & 13. lib. 2. Inquit, n. Ruin. in d. rubr. num. 228. quod licet mulier dotem non constituerit marito in eo credito, quod nihilominus compelli poterit à marito, agere ad consequendum legatum & illud conuertendum in causam dotis, sicut & alias hoc modo agitur in l. cum plures. §. messem. ff. locati. l. Iulianus §. pen. ff. de actio. empr. & l. si sic. §. vlt. ff. de leg. 1. Et illis in locis Bar. annotauit. Huic considerationi non respondit Beroo. cum eo tempore quo ipse reddidit illud responsum in consil. 30. adhuc non essent impressi postremi commentarij ipsius Ruini ad d. rubr. solut. matr. Quocirca responderem ego diuersos admodum esse casus illos d. §. messem. §. penul. & vlt. à casu nostro. Illis. n. in casibus certum, & clarum est, quod illi colono competeat actio contra dominum, vt is efficieret, quod posset vi re sibi locata. Ita quoque in casu dicti Iulianus. §. pen. actio competeat emptori contra venditorē, pro damno dato ab inquilino, cui ab ipso venditore reseruat fuerat cohabitatio. Ita & in casu d. l. si sic. §. vlt. actio competeat legatario contra hæredem, vt legatum sibi præstaretur. Non est ergo mirum, si illis in casibus colonus dominum, emptor venditorē, & legatarius hæredem, compellere potuerunt agere contra eos, qui damnum dederunt, & legatum prestare tenentur. Sed diuersum est in casu nostro, in quo non est certum, nec apparet, quod maritus ius habeat contra mulierem, causa huius legati. Nil enim illa illi promisit. Nil etiam illi à

testatore ipso fuit relicta. Non etiam multum vrget consideratio Soc. lun. in d. consil. 8. nu. 14. 15. & 16. lib. 2. dum argumentatur à verisimili, & à solitis, quod si verisimile sit, maritum voluisse dotē sibi constitui, & noluisse ducere vxorem indotatam. Et consueuisset viros quæ hæc consideratio, quia idem esset dicendum in casu principi huius quinti casus aduersus Bart. in d. q. 7. col. 1. in 2. casu, & alios, qui Bar. sequuti sunt. Crediderim tamen veriores esse hanc Ruini, Socini & Phanucij opinionem, & ab ea non esse recedendum. Cum (vt dicebat Soc. in d. consil. 8. nu. 18.) videatur hoc in casu habita quedam relatio ad testamentum patris, qui dotem legauit, quemadmodum similis sit relatio, quando mulier secundò nubit, dicitur promittere dotem datam primo, cum ad eam habita censeatur relatio quædam, sicuti diximus supra in quarto casu. Et accedit, quod filia censeatur voluisse exequi voluntatem patris, qui legatum fecit, vt dotis causa haberet. Ex quibus cessat illa Berooi consideratio, quæ non habet locum, quando alia extat contraria coniectura, sicuti hic extare diximus.

Dotata an præsumatur mulier, quæ iam nupta reperitur?

S V M M A R I V M.

- 1 Dotata non præsumitur mulier, & asserenti probandi onus incumbit.
- 2 Matrimonia non dote, sed affectibus contrahuntur.
- 3 Matrimonia sine dote esse possunt.
- 4 Maritus constitens, se recepisse dotem, præsumitur spe futura numerationis confessus esse.
- 5 Argumentum ab usu & solitis, receptissimum est.
- 6 Dotem mulieri numeratam fuisse, coniectura sufficiens.
- 7 Dotata mulier præsumitur, cui maritus diu alimenta præstitit. Dubia tamen ea est præsumptio.
- 8 Dotem suam mulier in testamento legans alicui, coniecturam præbet, dotatam fuisse.
- 9 Asserenti aliquid in articulo mortis ad detrimentum alterius, non adhibetur fides.
- 10 Verba enunciatina alicuius instrumenti mentionem facientia de dote, eam probant.

P R Æ S V M P T. VII.

Dubitari etiam contingit, an mulier iam nupta præsumatur dotata? Dubitationis huius exemplum atterri, & proponi potest, si statuto cautum sit, quod filia dotata excludatur à successione, si nupta, eueniente casu successione petat admitti, & masculi asserant eam excludendam tanquam dotatam, an ex quo nupta est, præsumatur dotata, vt excludatur, Lucas de Penna in l. 3. in præsumpt. 65. C. de apochis publ. lib. 10. scriptum reliquit, mulierem non præsumi dotatam, vt à successione excludatur, sed is, qui vult eam excludere probare debet dotem ei fuisse numeratam, sic & Cor. in consil. 49. nu. 10. in consil. 282. nu. 6. versic. & ideo. lib. 1. & in consil. 94. col. 3. lib. 2. & prius Baldus in Auth. res que. colum. 2. C. communia de legatis. & hos secutus est Brunus in tract. Quod stantibus masculis fœminæ non succedant. art. 6. num. 217. Et hæc quidem sententia ea ratione fulcitur, quod asserenti, non autem neganti, incumbit probandi onus. l. 2. ff. de probat. & l. actor. C. eod. cum præsertim negatiua hæc vaga loco, scilicet, & tempore non coarctata sit improbabilis. Et accedit, quod dotem numerare est, quid facti, ob id, qui factum proponit, probare debet. l. in bello. §. facta. ff. de capt. & postlim. reuerf. Et rursum matrimonia non dote, sed affectibus contrahuntur. l. 3. ff. de iure dotium. & l. vlt. C. de repud. Possunt enim matrimonia esse sine dote. Et demum suffragatur à fortiori